



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Cap. I. Conformationem humanæ voluntatis ad divinam consistere non
posse sine magnâ in Deum fiduciâ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

dum: desiderant celo recipi, sed nondum. Adeo miselli infanitus, ut cupiamus desinere esse miseri, sed nondum; ut felices & beati esse velimus, sed nondum. Quid, homuncule, tam altum tibi patibulum ædificas, ut multos gradus habeas, per quos ad mortem te ire diutius scias? quid vitæ tuæ tot optas annos, quibus finis tuum prospicias, cogitationum lento tormento? Eundem est, seu hodiernâ, seu crastinâ. At scio, quid multos decipiat: cum Mors pulsat, ante tempus adesse putant importunum exactorem. Stulti: tunc tempus est, QUANDO Domino Mortis visum est. Quid tergiversaris, quid immaturam ætatem objicis, quid moram poses? ad mortem maturus pridem fuisti. Sed nec concessâ mora paratorem refaciat, aut promptiorem. Nam & post hanc morari voles, minus forsitan paratus, quo plus moratus. Inducit non paucos deteriores fecerunt. Mala ad mortem preparatio est, mori nolle. Facti dimidium habet, qui tunc vult, quando vult ille, qui nihil mali potest velle. Ergo tergiversationem tolle, & dic animo: QUANDO, B

& QUOMODO Domino visum, sic fiat. Ad hoc ipsum luculentissimam faciem præluet Romanus Sapiens, & c. Sive alios, inquit, observare volueris, sive te ipsum, sanare sponso; & senties hoc, & confiteberis, nil ex his operabilibus & charis utile esse, nisi te contra levitatem casus, re-rumque casum sequentium instruxeris: nisi illud frequenter, & sine querelâ, inter singula damna dixeris: Deo aliter visum est. Itaque: Antehac quidem diutius me victurum arbitrabar, at, Deo aliter visum est, & bene sic visum est. Ita propriâ voluntate in divinam transmutatâ, omnia tibi reddentur facilia. Nam uti malus omnia in malum vertit, etiam quæ specie optimi veniunt: ita rectus atque integer corrigit prava vitæ; & dura atque aspera, ferendi scientiâ mollior: idemque & secunda gratæ excipit modestèque, adversa constanter atque fortiter. Hic idem voluntati divinæ tam additus, nunquam malis eventibus maledicit, nunquam accidentia tristis excipit; civem esse se universi & militem credens, labores velut imperatos subit. Quidquid incidit, non tanquam malum aspernatur, & in se casu delatum, sed quasi delegatum sibi. Hoc quaecunque est, inquit, meum est. Asperum est, durum est: in ipso navemus operam, nec de Dei providentiâ queramur. Si Diis, inquit Epictetus, ita visum fuerit, ita fiat.

§. V.

ET hæc sciverint idololatræ, Christiani aut nesciant, aut quæ sciunt non faciunt; videant meliora probentque, sequantur deteriora? Nihil tam acerbi est, in quo æquus animus solatium non inveniat. At verò solatium nec uberius nec certius erit quam Dei voluntas; ad hanc in omnibus adversis assidue suspiciendum.

Jobus in perferendis ærumnis dexterrimus, plus Deo placuit, Chrysostomo teste, plûsque sibi promeruit pauculis solùm verbis, quam omnibus suis etiam largissimis elemosynis. Cum enim Jobus undique afflictus dice-ret: Sicut Domino placuit, ita factum est; Sit nomen Domini benedictum: divinæ voluntati magis se probavit, quam cum stipem liberalissimam erogavit. Nam, quod à sancto Bonaventurâ discimus: Perfectus est adversa tolerare patienter quam bonis operibus insidare. Quoniam Deus bonorum nostrorum non eget.

Quisquis igitur divinam voluntatem sincerè quærit, sanissime sit an ger, perinde habet, quandoquidem Dei voluntas, omne nostrum bonum est. In morbo autem sic Medico & medicinis fidendum, ut interim fiducia omnis in Dei providentiâ & voluntate colloccetur. Quod cum rex Asa non fecerit, merito reprehensus est: Nec enim in infirmitate suâ quæsitivum Dominum, sed magis medicorum arte confusus est. Melius Ezechias, qui morbi sui curationem nõ flebus, nec eas imponen-tis, sed Deo adscripsit. Quod si pharmaca nil proficiant,

Tom. I.

aut Medicus vim morbi non perspiciat, aut aliunde committatur error, nec emendetur valetudo, non continuo huic illive culpa impingenda, sed omnia divinæ providentiæ ac voluntati attribuenda; nec aliud cogitandum, quam Deus non vult ut saner, aut vult ut saner tardius.

Lydæ vina, Virgo sanctissima, omnigenis doloribus *Sur. tom. 7.* exercitata, miserabile spectaculum, & velut conductæ *part. alt.* domus omnium ferè morborum, adeo tamen defixit in *vit. c. x. mibi* Domino voluntatem suam, ut nihil neque cogitare, ne- *pag. 288.* que dicere, neque facere præmeditatè liberet, quod pu-taret displicere Deo. Fertur cum patientissimo Jobo *sæ. Tob. cap. 6.* plus dixisse: Hoc mihi Domine acceptissimum erit, ut *v. 10.* affligens me dolore non parcas; cum tuæ voluntatis execu-tio, sit mihi summa consolatio. Difficultatibus & cala-mitatibus omnibus efficacissimum remedium fecit, qui semper divinæ se voluntati submisit.

LIBER QUINTVS DE HUMANÆ VOLUNTATIS AD DIVINAM CONFORMANDÆ ADIVMENTIS.

CAPVT PRIMVM

Conformationem humanæ voluntatis ad divi-nam consistere non posse sine magnâ in Deum Fiduciâ



Quomodo sui in divinum arbitrium nunquam erit integra, nisi Deo in omnibus pluri-mum fidamus: Quomodo enim alteri de rebus omnibus assentiar, cui non fido? & quomodo fidam illi, quem non credo res meas fideliter, aut sollicitè curaturum? Ideo de fiduciâ in Deo collocandâ nunc agendum.

§. I.

PORRO cupienti scire quid divinæ paginæ de hac vir- *Ludov. Gra-* tute sentiant, nostri avi scriptor respondet: In scriptu- *nat. lib. 7.* ris sanctis vix ullum invenitur caput, in quo Deus opem, *Memoral.* gratiam & providentiam omnibus illis non promittat, *cap. 9.* qui in illo confidunt. Beatissimus rex David, hujus Fidu-ciæ magister excellentissimus, hanc unam pleno ore in-gerit, in psalmis pæne omnibus. Et quàm illa confiden-tis animi sunt? Quoniam tu Domine singulariter in spe con- *psal. 4. v. 10.* stitisti me. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, *psal. 17. v. 3.* & liberator meus: Deus meus, adiutor meus; & sperabo in eum: *psal. 26.* Protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus: Do-minus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus *vers. 1. 2. 3.* protector vite meæ, à quo trepidabo? Si constiterint adversum me castra, non timebit cor meum, si exurgat adversum me præ-lium, in hoc ego sperabo. Qui habitat in adiutorio Dei altissimi, *psal. 90.* in protectione Dei cali commorabitur. Qui confidunt in Domi- *v. 1.* no & c. non commovebitur in æternum. In te, Domine, spera- *psal. 124.* vi, non confundar in æternum. Erat huic regi cor amplissi-mum, & plenissimum ingenti Dei Fiduciâ. Nimirum *v. 1.* hos ructabat, quos biberat divinos fontes. *psal. 30. v. 2.*

Eandem in Deum Fiduciam sapientissimi ac sanctis-simi viri plurimum semper commendaverunt. Illud fa-pientie miraculum Salomon: Habe, inquit, fiduciam in Prov. c. 3. Domino ex toto corde tuo. Non qualemcunque fiduciam v. 5. A a a 2

exigit,

1. Pet. 2. 5. exigit, sed quæ prodeat ex toto corde. Nam & Apostolo-
rum Princeps: *Omniem, inquit, sollicitudinem vestram projici-
entes in eum, quoniam ipsi est cura de vobis.* Et Placles: *Lacta,
inquit, super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet.* Sed
& Salomon iterum monens: *In omnibus via tua, inquit,
cogita illum, & ipse diriget gressus tuos.* Bonum est confidere
in Domino, quàm confidere in homine. *Benedictus vir, qui
confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus.* Et erit quasi
lignum quod transplantatur super aquas, quod ad humorem
mittit radices suas, & non timebit cum venerit aestus, & erit
solum ejus viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum,
nec aliquando desinet facere fructum. *Cogitate per generatio-
nem & generationem, quia omnes qui sperant in eo, non in-
firmantur.* Beati omnes qui confidunt in eo. Hæc enim fi-
ducia Deum obligat, ut tibi in se confidenti benefa-
ciat. Ergo. *Confidite in Deo, & mane in loco tuo; forte tuâ
contentus, status tui mediocritatem amplectere, ne-
que ultra mensuram regula, quâ mensus est tibi Deus, teip-
sum extende: Memento, non in solo pane vivere homi-
nem, posse Deum etiam de lapidibus suscitare filios
Abrahæ, nec esse difficile Domino, salvare vel in multis, vel
in paucis.*

§. II.

Sunt 60000. **H**ebraeus rex Amasias militem scripserat centum
philippi. *talentis argenti, quibus centum millia hominum
ad signa evocavit. Quo facto, venit homo Dei ad illum
(ita Regum fasti narrant) dixitq;: O Rex, ne egrediatur te-
cum exercitus Israël, non est Dominus cum Israël, & cuncti fi-
lii Ephraim. Quod si putas in robore exercitus bella consistere,
superari te facit Deus ab hostibus: Dei quippe est & adjuvare, &
in fugam convertere. Dixitq; Amasias ad hominem Dei: Quid
ergo fiet de centum talentis, quæ dedi militibus Israël? Et re-
spondit ei homo Dei: Habet Dominus unde tibi dare possit mul-
to his plura. Paruit Amasias Deo nixus, & viginti millia
hostium occidit. Tanti est, Deo fidere, & non huma-
nis viribus.*

Thom. Sta- **T**homas Morus notæ sanctitatis ac eruditionis vir,
piet. de tribus *ad filia Margaretæ objectiones hæc omnino verbis in
Thomis, mi-
hi p. 297.
& f. 99.*

Matt. c. 14. **Q**uod illi fecit, Christum compellabo: Domine saluum
v. 30. *me fac. Spero enim quod extendens manum suam ap-
prehendet me, nec submergi patietur. Quod si verò
Petri partes adhuc ulterius me agere, planèque præcipi-
tem cadere, jurare & abjurare permitteret, spero nihilo-
minus fore, ut oculo misericordiæ pleno me respiciat,
& erigat, ut de novo veritatem confitear, conscientiam
exonerem, pœnam & pudorem prioris abnegationis
fortiter perferam. Denique illud compertissimum ha-
beo, quod absque meâ culpâ Deus me non deseret.
Christianè & sapienter. Interest enim rebus omnibus
divina Providentiâ, & scimus ab eâ innumeros ne labe-
rentur detentos, nullos ut laberentur impulsos. Imò, si
hic talis ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit ma-
num suam. Quomodo autem is lædatur, qui in pulvinar
cadit tam molle? Ante omnia fidendum Deo.*

§. III.

Christus **E**cquid denique Christus tam variè inculcat & ut-
inculcat *fiduciam in Deum.*
Enc. c. 12. *get, atque hanc unam in Deum Fiduciam? Quàm
v. 24. & f. 99.* variè divinus hic Magister argumentatur ab aviculis, à
flosculis, à capillis, ab ipsis etiam idololatris, persuaden-
dæ huic fiduciæ? Ita corvos, lilia, passerulos oculis sub-
jiciens, *Considerate, inquit, corvos quia non seminant, ne-*

A que metunt, quibus non est cellarium neque horreum, & Deus
pascit illos. Quantò magis vos pluris estis illis? Quis autem re-
struim cogitando potest adiacere ad staturam suam cibum
unum? Si ergo neque quod minimum est potestis, quid de ceteris
soliciti estis? Considerate lilia, quomodo crescant: non labe-
rant, neque nent: dico autem vobis, nec Salomon in omni gla-
riâ suâ vestiebatur sicut unum ex istis. Si autem sanum quod
hodie est in agro, & cras in cibum mittitur, Deus sic vestit;
quantò magis vos pusilla fidei? Pater vester scit, quia his indi-
getis. Et quot experimentis discipulos suos inopex, ut
eos doceret Deo ex toto fidere? Ita quinque millia ho-
minum populo excepturus in vastâ solitudine, Philip-
pum interrogat, unde panes emendi sint. Hoc autem di-
cebat tentans eum. Sic & quatuor millia hominum cibo Man-
refecturus, discipulos in eam consultores adhibens:
Quot, inquit, panes habetis? At illi non magne fiducia:
Vnde illos quis poterit, ajunt, hic saturare panibus in solitudi-
ne? O viri, Deus poterit, qui nos sibi in rebus omni-
bus vult fidere quàm integerimè. Providentiâ divina
falli non potest; fallere non vult; stabit Deus promi-
sionibus suis. Docemur hoc omnium ætatum exemplis.
Erigat proinde se homo in spem magnam, & audeat se
suâque omnia in Dei sinum profundere fiduciâ quàm
erectissimâ.

§. IV.

Tostatus, præsul Abulensis, illud eruditionis mira-
culum, super Regum fastis differens: Ita est, in-
quit, lex Adam, quam debet homo tenere cum Deo, scilicet quod
homo humiliter se coram Deo, colat & Deum quantum poterit,
& Deus erit sollicitus pro eo. Etenim ad quem clamamus,
Pater noster qui es in celo? Utique opulentius hic Pater om-
nibus abundè providebit. Quod si parva animalia, in-
quit Hieronymus, absque Deo auctore non decedunt, & in
omnibus est providentiâ, & quæ in his peritura sunt, sine volun-
tate Dei non pereunt; vos qui æterni estis, non debetis timere
quod absque Dei vivatis providentiâ. Cur ergo illi non quàm
integerimè fidamus, & animos induamus tanto patre
dignos? Nec in mediis quidem flammis desperandum.
Res angustæ domi sunt? Dominum habemus divitem,
qui nunquam passus est suos extinguere fame. Inimici in-
surgunt agmina, sive terris nata, sive inferis excitata?
Ducem habemus potentiorum, qui uno flatu regno-
rum disperdet exercitus. Maledicæ premunt linguæ, &
falsis onerant criminationibus? Deum intueamur ju-
dicem vindicemque, & humana non metuemus. Ne-
que enim se vinci ab homine patietur Deus, aut munifi-
centiam suam ab humanâ fiduciâ superari. Audeat quis
fidere? majora donare audebit Deus. Audeat sperare
magna? vincet humanam spem Deus, & de locuplete ce-
lorum thesauro, longè majoribus beabit: ita ut ad pel-
lendam egestatem humanam, satis sit spem suam po-
uisse in Deo, ac de illius liberalitate magnâ sperasse.
Quod enim spes major est, majora sunt dona celestia, ut
non tantum æquari, sed innumeris modis vinci à divi-
nâ benignitate humanam spem fiduciâque videamus.
Nobilissima est hæc concertatio, ingens hominis in
Deum fiducia, cum immensâ Dei liberalitate compo-
sita; quasi æmulâ utrimque fiduciâ & munificentie lar-
gitione; tanquam si vinci noller homo, cum tamen
vinci non possit Deus.

§. V.

Hic Hipponensem Antistitem Augustinum loco-
lenticissimè ratiocinantem audire: Fecit Deus, in-
quit, calum & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt. Si
ergo omnia quæ in eis sunt, & te, parum dico, te, passerem, lo-
custam, vermiculum, nihil horum non ille fecit, & cura est illi
de omnibus. Nolite ergo dicere: Non pertinet ad Deum. Per-
tinet ad Deum anima tua, pertinet ad Deum corpus tuum;
quia Deus fecit & corpus tuum. Dicis fortè. Non numerat me
Deus

Deus in magnâ multitudine. Te non numeret, qui etiam capillos tui capitis omnes habet numeratos? Sed, ais, subinde tuis miseris involvimur, addo solatis omnibus & auxiliis destituimur, ut mirum non sit, quandoque fiduciam nonnihil vacillare. Hic etiam Augustinus promerit respondebit. Et obsecro vos omnes qui hæc legitis, aut legi auditis, sanctissimi viri responsum altissimo pectore reponite: Quidquid ergo, inquit Augustinus, hic accidit contra voluntatem nostram: noveris non accidere nisi de voluntate Dei, de providentiâ ipsius, de ordine ipsius, de merito ipsius, de legibus ipsius: & si nos non intelligimus quid quare fiat, demus hoc ipsius providentiâ, quia non sit sine causâ. Hoc ipsum, idem beatissimus Pater, divinus scriptor confirmans: Nos, inquit, divina providentiâ admonet, non res inspicit vituperare, sed utilitatem rerum diligenter inquirere, & ubi nostrum ingenium vel infirmitas deficit, ita credere occultam, sicut erant quadam que vix potuimus invenire: quia & ipsa utilitatis occultatio, aut humilitatis exercitatio est, aut elationis attritio. Et ut res pateat ab exemplis: Qui, inquit, disposuit membra pulicis & culicis, ut habeant ordinem suum, habeant vitam suam, habeant motum suum? Nam bestiolam brevem, minutissimam considera, quam volucris. Si consideres ordinem membrorum ipsius, & animationem vita quâ moveatur, pro se fugit mortem, amat vitam, appetit voluptates, devitat molestias, exierit sensus diversos, viget in motu congruo sibi. Quis dedit aculeum culici quo sanguinem fugat? quam tenuis fistula est quâ forbet? quis disposuit ista, quis fecit ista? Exspavescis in minimis, lauda Magnum. Ita iudicem Deum time, muneratorem spera, nec alium; ita humanis omnibus celsior in solo Deo fiduciam pone, certus nec fallere ipsum posse, nec velle. Nullus speravit in Domino, & confusus est. Beati omnes qui confidunt in eo.

CAPVT II.

In quo fiducia in Deum consistat.

Miseri nos, quam tenuem de Deo notitiam habemus! vix per simulam aliquid divini luminis haeremus. Hoc scimus, Deum esse Summum Bonum, & quidem tam immensum summum, ut nil penitus vel petere liceat, vel optare, quod ab hoc tanto Bono non possimus impetrare, certe suo tempore consecuturi omnia, modo tantisper non cadamus animo, sed maximâ in Deum fiduciâ erecti, sciamus prostolari cum silentio salutari Dei. Gemma gratissima, expectatio praestolantis, quocunque se verit, prudenter intelligit. Bonus est Dominus sperantibus in eum, anima quærenti illum. In quo autem hæc fiducia in Deum præcipue consistat, nunc potè videbimus.

§. I.

Spem quidem hoc superat Fiducia, quod Fiducia non qualicumque spes sit, sed robustissima & perfecta. Clare id discriminis notans Seneca: De re, inquit, spem habeo, nondum fiduciam. Hæc in Deum fiducia omnes hominis actiones complectatur necesse est: nam in omnibus omnino rebus, maximis, minimis, & omnibus vite momentis, Deo quam sincerissime fidendum est, eum suis nunquam defuturum.

Rex David gymnasium instituit palestricum, & præcepit ut docerent filios Juda arcum, sicut scriptum est in libro iustorum. Hanc institutionem Jonathas regius juvenis prævertit docilitate: tam enim certus erat dirigendo arcu, ut hoc laudis ferret ab amantissimo sui Davide: Sagitta Jonathas nunquam rediit retrorsum: neque enim leniter ferire, aut superficiei radere, sed ipsa penetrare arma hostium solebant tela Jonathas. Fiducia in Deum talis est arcus, cor Dei & tangit, & penetrat jaculis suis nunquam aberrantibus. Ex omnibus autem

Tom. I.

A Israël & Judæ regibus prærant triginta novem universæ) quoniam illorum hoc arcu poterant uti? Tres aut quatuor è toto numero; David, Ezechias, & Josias, quibus & Josaphat accenseri posset, modò impia sacrificia in montibus abolevisset. Horum certe regum cor cum Deo perfectum erat, & maximâ in Deum fiduciâ semper plenissimum.

Cum ingens Moabitarum & Ammonitarum exercitus regi Josaphato immineret, & ille viribus nequam par esset hosti, ingenti fiduciâ totum se contulit ad rogandum Dominum. Jamque prolixius precatu, præclarissimam hanc clausulam adjecit: Cum ignoremus quid ibid. v. 12. agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te. Hic Jahaziel divino afflatu æstuans, proclamavit turbâ: Attendite omnis Iuda, & qui habitatis Hierusalem, & tu rex Josaphat: Hæc dicit Dominus vobis, Nolite timere, nec paveatis hanc multitudinem; non enim est vestra pugna, sed Dei. Non eritis vos qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter stete, & videbitis auxilium Domini super vos. His vocibus mirè animatus rex Josaphat, exercitum duxit in hostem: ne verò suus miles ad tantæ multitudinis occursum trepidaret, instat strenuissimi ducis omnium animos oratione præmunens: Audite me viri Iuda, inquit, credite in Domino Deo vestro, & securi eritis. Et mox, contra quam fieri solet in prælio, statuit cantores Domini, ut laudarent eum in turmis suis, & antecederent, ac voce consonâ dicerent, Confitemini Domino, quoniam in æternum misericordia ejus. En regem cum milite in aciem, velut Episcopum cum suis sacerdotibus ad templum prodeuntem. Res planè insolens, ridicula in bellis, imbellem tantum turmam in fronte agminis collocare. Sed adfuit Deus Josaphato, tantâ Dei fiduciâ pugnaturo. Cumque cæpissent non milites tela jacere, sed cantores sacra carmina canere, hostes in seipsos versi, mutuis sese vulneribus conciderunt. Porro Josaphati exercitus cum progrediretur, omnem campum cadaveribus stratum reperit, nec supererat cui necem liceret effugere. In tantâ verò cadaverum strage, spolia inventa sunt tam opima & copiosa, ut asportandis iis nec triduum quidem suffecerit. En quid possit sincera in Deum fiducia, rerum omnium potens, inextinguibilis.

§. II.

Et quamvis in actionibus planè omnibus, ut dixi, fiducia in Deum sit necessaria, maximè tamen cum Deum aut preces fundendæ, aut res diversæ sunt perferendæ. Istud sequenti capite, illud nunc examinabimus.

Et de precibus quidem disserens Bernardus, ait multorum orationem aut esse timidam, aut tepidam, aut esse necessitatem. Timida quidem oratio, inquit, calum non penetrat, quia restringit animum timor immoderatus, ut oratio non dicam non ascendere, sed nec procedere queat. Tepida verò in ascensu languescit & deficit, eo quod non habeat vigorem. Nam temeraria ascendit, sed resistit: resistit enim ei: nec tunc non obtinet gratiam, sed & meretur offensam. Quæ verò fidelis & humilis, & servens oratio fuerit, calum sine dubio penetrabit: unde certum est quod vacua redire non poterit. Ante omnia oratio necesse est, fidelis sit. Quam multi autem quam incipiant orare, incipiunt desperare: Non me audiet Deus, non impetrabo quod petam, frustra clamabo. Quægarum miserum! vix domo prodit, & corrui, fiduciâ defectu. Quomodo autem fiducia in precibus erga Deum sit erigenda, Christus nos instruens: Iudex erat in civitate, inquit, qui Deum non timebat & hominem non reverebatur. Sed & vidua in eadem civitate, quæ assiduis precibus vindicari cupiebat ab adversario. At iudex longissimam moram interponebat, improbus cunctator. Demum importunitate viduæ tam constante victus, controversiam dijudicavit. En robustam prorsus & contumacem spem, quæ viduæ illi assidue hoc instillabat: Hodie tibi jus dicetur, ubi spes hodierna decollasset, crastina monebat: Cras fiet.

A a a 3

fiet,